

Marsilius Ficinus florentinus Reuerendissimo in christo patri. D. Ioāni
Medici sanctæ romanæ ecclesiæ Cardiali suppliciter se cōmēdat.

Cum epistolam ad te scribere statuissim in cardinea dignitate nuper tibi collata gratulaturam, cogitarēmq; cui potissimum eam darem tibi reddendā, qui cōgratulationem nostram efficeret ámodum gratiorem, in academiam me subito contuli sperans in eius saltem pene tralibus salutatorem nobis aliquem tibi acceptissimum non defuturum. Illic ergo diuina quadam sorte, primus occurrit Iamblichus inter academicos cognomēto diuinus, & magnus ibi sacerdos. Cui qui dem salue inquam Iamblichus sacerdos magne. In præfētia (ut uides) Ioāni medici, nouo christianæ religionis antistiti congratulaturus sum. tu precor, si iusta peto, congratulationem nostram alioquin ieunam, diuinis uerbis, mysteriisq; tuis efficies pleniorē. Annuit ille precibus, atq; hac ad te sententia Ioānes sacerdos magne uenit Magnus ille sacerdos. Tu igitur salutatorem tantū latus excipeatq; post salutatiōem primā, post lectam epistolā, quid diuinus ille loquatur, si placet attētius audi. promisit enim, ut sua tuāq; persona pariter digna diceret, se tibi breuibus, quid aegyptii, & assyrii sacerdotes de religione, rebusq; diuinis senserint, expressurum.

ARGVMENTVM IN LIBRVM IAMBLICHI.

Porphyrīus, q̄ īter platonicos propter excellētiā phūs appellatur. lōgā in aegyptū misit epistolā ad Anebonē sacerdotē uariarū, & grauium quæstionū plenā ad oēs phīæ partes spectatiū, præsertim ad deū, atq; angelos, dæmonesq; & animas. ad prouidentiā. ad fatū. uaticinia. magiken. miracula. sacrificia. uota. Porphyrii qōnib⁹ respōdit Iamblichuseius auditor. Introducit uero Porphyrio respōdentē Abamonē aegyptiū sacerdotē pro Anebone discipulo suo, ad quē porphyrius misit epistolā. Hui⁹ ergo qōnistotius, atq; respōsionis profecto diuinæ, tanq; ī Plotino adhuc nimiū occupatus singula ferme nō uerba, sed sensa traduxi, ut nō mirū putari debeat, sicubi diuulsa uideatur oratio. Præfertī inter ipsa disputādi p̄cipia ubi leuior iactura uerborū. Iā deinceps uerborū etiā cōtextus magis perpetuus apparebit. Coactus uero sum interdū meū aliquod uerbū uel cōtinuatiōis, uel intelligentiæ gratia interserere. Velocioris autē editionis etiā in causa fuit Pierleonus uir omnium cupidissimus secretorū. Verum id qđí primis admiror, hic semper affectare uidetur, quæ iam possidet. Nam diuinitate quadam ingenii philosophorum arcana & græcorum & barbarorum nondum lecta consequitur.